MORTILOGIUM SANCTORUM
Salzburg (?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 6r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



in ea et viso lumine non dedit gloriam deo. ob hoc antequam attin
geret Agnam a diabolo suffocatur. quem ipsa a mortuis re
suscitavit, cui egressus Xpm mox omnibus predicavit.
Unde seditio magna facta est. Timens autem prefectus pontifices
alium iudicem substituit. et ipse tristis abscessit. quia Agnam
liberare non potuit. Tunc vicarius Aspasius in ignem co
piosum eam proiecit. quo facto flamma in duas partes divisa est.
utroque populum seditiosum consumens. ipsa vero nec tacta est
ab igne. Orante autem Agnete ignis omnino extinctus est.
quasi ignis ibi non fuit. Tunc 2o Aspasius gladium in guttur
eius mergi fecit. Parentes autem eius gaudio pleni eam
sepelierunt. Sciendum quod beata Agnes invocanda est
ab hominibus qui sunt ulcerosi vel alias infirmi. Unde legitur
quod Constantia virgo Constantini imperatoris filia per totum
corpus suum ulceribus plena venit ad sepulchrum sancte Agnetis
et ibi orans omnino curata est. Item sciendum quod beata Agnes
habet hoc privilegium quod in omnibus missis nominatur.
Xbris Vincencii martyris et diaconi. quem Dacianus tyrannus primo
iussit in eculeo suspendi. et virgis cedi. 2o iussit eum
fustigari. 3o pectinis ferreis laniari ut viscera
ab intra paterent. 4to lamina ardens pectori eius
imprimitur. 5o vulnera sale aspergitur. 6o in tenebroso
carcere super acutissimas testulas ponitur. ut quocumque se
vertat vulnera eius innovantur. 7o assari iubetur in craticu
la ardentis ferri. sal in ignem spargitur. ut in corpus eius
undique vulneratum resiliens stridentibus flammis crude
libus comburatur. 8vo Dacianus dixit. lectum molliorem
ei sternite ut paululum recreatus novis suppliciis
torqueatur. Quod cum fieret sic in lecto iacens spiritum celo
reddidit. Nono Dacianus ait. si non potui eum superare
vivum. puniam eum defunctum. Fecitque proici corpus in

22